Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26114
Copyright: Admont, Benediktinerstift



61

malis. Ecce enim in paulo. primus saulo. nichil boni inuenit. Cum
nullo nichil boni inuenisset mala dimisit. bona retribuit.
Cum igitur inquit bona retribuit. puenit se dando bona. quibus retribuere
bona. Ecce retribuit mercede his bonis. operibus bonis. Bonum
certamen certauit. cursum consumauit. fidem seruauit. retribuit
bona. Sibi quibus bonis. Quae ipse dedit. An nonne ipse dedit. ut bonum
certamen certaret. Si non ipse dedit. quid est quod alio loco dicis.
plus his omnibus laborauit. non ego autem. sed gratia dei mecum. Ecce
iterum dicis. Cursum consumauit. Non ipse dedit ut cursum
consumaret. Si ipse non dedit ut cursum consumaret. quid est
quod alio loco dicis. non uolentis neque currentis. sed miserentis dei.
Cursum consumauit. non uolentis neque currentis.
sed miserentis dei. Fidem seruauit. Seruasti. seruasti. Agnosco
probo. Fateor seruasti. Sed nisi dominus custodierit ciuitatem. in
uanum uigilat qui custodit eam. Abullo igitur ipso adiuuante ipsoque
donante. & bonum agonem certasti. & cursum consumasti. &
fidem seruasti. Da uenia apostole. propria tua non nouum non mala. Da
uenia apostole dicimus quia tu docuisti. audio confitentem. non in
uenio ingratum. prius tua ate tua parata non nouum non mala.
Cum igitur deus coronat merita tua. nichil coronat non dona sua. Hanc
fidem ueraque pietatem. ne quis extollat de libero arbitrio in
bonis operibus. quisquis sic accipiat ut nouerit dantem. aut quisquis
datori non sit ingratus. ne dico non superbiat. ut adhuc insanus sit.
ut ipse sanus. hanc inquam fidem suam atque pietatem nullae ar
gumentationes euellant de cordibus suis. Seruate quod accepis